



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Spes & Fiducia, Cuius Iudicisqve Dei, Erga Homines In Hac
Vita Existentes, Firmata**

Stengel, Georg

[S.l.], 1645

§. 1. Tentatio ac sollicitudo hominum, pro pane quotidiano, quo modo,
curanda?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-49823](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-49823)

deuiginti habuit, morbo liberat; hunc denique, triginta octo annos, in porticu & paralyfi iacentem, post tot hyemes, erigit. Sed erigit, tanto tempore, patientissima spe, perseverantem; & erigit extemplò; nam, dictum factum, quippe *statim sanus factus est homo ille*. Enimuerò adeò sanus factus est, vt illico sustulerit ipse *grabatum suum*, nouus Atlas factus. Ex quibus omnibus enumeratis exemplis clarum fit, quàm diuersa sint diuina iudicia ab humanis? cùm toties Deus iudicet manū porrigendam ijs, quos homines esse deserendos iudicauerunt; quorum vtrumque docet, nec nimiam in hominibus fiduciam collocandā, nec vnquam Deo diffidendum. Hoc est, quod veteri prouerbio dicitur: *Deus de machina*: stat enim ille pro nobis inuocatus, cum nos etiam in extrema tegula stamus.

CAPVT. IV.

Exempla prouidentissima, in homines, diuinae Bonitatis, circa alimenta.

§. I.

Tentatio, ac sollicitudo hominum, pro pane quotidiano, quo modo curanda?

Quæ



Væ potentia Christi fuit, in desperatissimis morbis pellendis, ea etiam fuit, in sedanda fame. Nam septem panibus saturavit, in deserto, *quatuor millia hominum, extra paruulos & mulieres*. Hanc potentiam benevolentiamque si discipuli eius satis agnouissent, nunquam fuissent, dicturi: *Vnde ergo nobis, in deserto, panes tantos, ut saturemus turbam tantam?* neque alij diuinæ diffiderent bonitatti, qui, pro ventre & sagina, nimis solliciti dicunt: *Quid manducabimus? aut quid bibemus? aut quo cooperiemur? quæ omnia gentes inquirunt*. Hinc, vt canis pane, & auis esca capitur, sic diabolus multos capit sollicitudine ciborum. *Pretium scorti*, ait, *vix unius panis; usq;* adeò frustum panis sequitur, non equa modò, sed etiam lupa. Quis docuit Psittacum suum *χῆιπε?* *Magister artis ingeniq;* *largitor Venter*. Itaque non gentes tantùm, sed etiam bestia, & impudicæ mulieres, bestijs abiectiores, nihil non faciunt, vt panem acquirant. *Graculus esuriens, in calum iusseris, ibit;* quid dico, in cælum? multi quotidie, mensæ caussa, in ipsum eunt Acheruntem. Meritò igitur ait Dominus: *Nolite solliciti esse & c: scit enim Pater vester, quia his omnibus*

Matth. 15.
35.

Matth. 6.
31.

Prou. 6.
26.

Persius
in Prol.

Matth.
4. 3.

indigetis. Itaque cum Stygius hostis multos aggreditur alimentorum curâ; cū iam hunc, iam illum alloquitur: *Dic ut lapides isti panes fiant*; cum iubet omnem lapidem moueri, vt venter impleatur; cum varias artes docet pecuniæ, panis, vini parandi; cum denique à se vult disci, quomodo liberi, vxor, familia, humana vita sit sustentanda, & cum sexcenta hoc genus insanit; gladio aptiore non potest repelli, quàm diuinæ Prouidentix Bonitatisque protestatione; quæ clarissimè indicatur illis verbis: *Non in solo pane viuit homo, sed in omni verbo, quod procedit de ore Dei.*

Matth. 4.

4.

Deut. 8.

3.

Psal. 54.

23.

Isa. 49.

14.

Quam artem etiam docuit Dauid, cum esuriienti dixit: *Iacta super Dominum curâ tuam, & ipse te enutriet.* Ne puta eum tui oblitum, & ne dicas: *Dereliquit me Dominus, & Dominus oblitus est mei.* Numquid obliuisci potest mulier infantem suum, vt non misereatur filio vteri sui? etsi illa oblita fuerit, ego tamen non obliuiscar tui.

§. II.

Dei suos alentis exempla è diuinis litteris petita.

Exemplorum affatim diuinæ paginae subministrant. An non enim primum hominem in admodum fructifero horto collocauit?

An